



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Emmanuel Fernandius.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Christo.

P. Emmanuel Fernandius.

Afer.
Eboræ
18. Febr.
1555.
Soc 13.
Miseri-
cordia.

Charitas.

Concio.

Afer Tingitanus nobili loco natus. Aiunt, illum paruulum aliquando cibum non prius capere voluisse, quam inopibus quibusdam nomina, seu debita dimitti a parentibus exorasset. S. Xaverij, ac Rodericij vnu animum Vlyssiponæ ad Societatem adiecit, suscepitus Conimbricæ. Transtaganas missiones pedes concursans, distractos odijs animos ita permouit, ut eodem die aliquando quinquagenos dissidentes hactenus, in lachrymas, & amplexus pacificationis peractæ testes ire viderit. Fæminis cultum pudicum, vano abiepto, persuasit, eo dicendi fulmine quo animos permiscebatur; sacrificio

ficio priùs, & oratione pe- *Sacrum.*
 ctus muniens contra respe-
 ctus humanos, & petens à
 Deo verba idonea ad mo-
 uendum. vnde ibat & ipse
 facilis in lachymas, & alios
 rapiebat, multifariam inge-
 niosus ad variam pro ani-
 marum salute industria. .
 Primus Eboræ in morem
 induxit, ut reis comites irent
 Patres de Societate ad mor-
 tem: vbi reo vitâ iam fun-
 eto, è scalis, vel è ferali peg-
 mate, dicebat ad populum,
 ea quæ durissimos quosque
 percellerent. Impura fæmi-
 na Ferdinandi contra sordes
 fulminantis ore perterrita,
 se ad frugem castam recepit.
 Eapropter, deserti ab ea, *Castitas.*
 proci operâ, per iter Emma-
 nuelem adorti personati si-
 carij, hunc ipsum illum esse

C 6 qui

qui talem fæminam à libidine abduxisset, conclamant; & facculis arenâ fartis illum dirè contundunt, seque in fugam coniiciunt. At Emmanuel voce quantâ adhuc poterat illos ad pœnitentiam, & ad veniam dulcissimè inuitante; ac silentium, absolutionem, preces promittente, illorum unus ad iacentis Patris pedes abiectus, peccata confessus est. Fluebant & reo, & Patri vbertim lachrymæ; huic præ gaudio de peccatore pœnitentiam agente; illi præ dolore scelerum patratorum. Eboram demum eiusdem conuersi ope se vtcunque pertraxit: ubi ægrum Henricus Cardinalis Regius Infans inuisit; mortuum vrbs uniuersa magnis exequijs ho-

honorauit, & fleuit. Morbi,
& mortis causa ex illius ore
haberi nunquam potuit, sed
ex illo, quem dixi, conuerso.
Sacrificales vestes, in eius ca-
dauere post annos triginta-
quatuor translato, repertæ
penitus incorruptæ.

P. Ludonicus Gonçannus.

Cocini, & Coulani diu
paruolorum magister. postea
per magna suscepta itinera
excelso animo pro Euange-
lio multa tulit, fecitque, mul-
tis Christo adiunctis; eoque
Ethnicis odio fuit: propina-
toque ab ijs veneno, ut mul-
ti affirmant, enectus est.

P. Petrus Martinez Episcopus

Iaponia.

Cum Rege Sebastiano in
Africam profectus, illo istic
amisso, à barbaris in seruitu-
te non vnâ multa perpeccus,

nau-

Lusitanus,
vel Indus.
Cecini
18. Febr.
1584.
etat. 58.
Soc 32.

Lusitanus.
in Malas-
censi mari
18. Febr.
1598.